



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

Contemplatio prima: de cœna Domini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

quid rursum pauperibus erogare, vel impendere piis operibus deceat: nihil affectando aliud, nec quaerendo, nisi quod honorem DEI & salutem suam praestet. Hoc enim vnusquisq; persuasum habeat, tantum se in studiis spiritualibus promoturum esse, quantum ab amore sui ipsius & commodi proprii affectione sese abstraxerit.

TERTIA HEBDO-
MADA.

PRIMA CONTEMPLATIO
fit in media nocte, & continet ora-
tionem preparatoriam, tria prelu-
dia, sex puncta, cum vno
colloquio.



RATIO preparatoria eadem, quæ semper.

Præliudium primum, sumitur ex historia: Quomodo CHRISTVS à Bethania misit Hierosolymam

disci-

discipulos duos ad parandā cœnam; quò & ipse cum reliquis deinde profectus est: Ibiq; post agni Paschalis esum, & peractam cœnam, pedes lauit omnibus, & sacrosanctū corpus, ac sanguinem suum largitus est. Postremò sermonē ad eos habuit, post discessum Iudæ, ipsum vendituri.

Secundum; ex compositione loci; considerando dictū iter asperum, aut lene; breue, aut longum; cum cæteris, quæ inesse poterant, circumstantiis. Deinceps conspiciendo locum cœnæ amplum, vel angustum; vilem, vel ornatum, & consimilia.

Tertium; ex optatæ rei petitione, scilicet doloris, indignationis, & confusionis: eo quod ob peccata mea, summus omnium Dominus tantis se tormentis ita obiiciat.

Punctum primum: erit respicere cœnantes; & aliquid in vsum meum adducere.

Secun-

Secundum; eosdem audire, quid loquantur, & fructū inde decerpere.

Tertium : attendere, quid agant, & per omnia proficere.

* x **Q**uartum : * aduertere, quid iam vnde **CHRISTVS** pati appetat, & incipiat, iuxta historiam : vnde incipiam, & ipse dolorem, mœstitiam, & fletum mihi excitare, meq; affligam similiter in subsequētib;.

Quintum : meditari, quo se pacto abscondens **CHRISTI** Diuinitas; aduersarios suos, cum valeat, non perdat, sed pœnas adeo crudeles, pati sinat Humanitatem.


Sextum : cogitare, cum talia ferat pro peccatis meis quid agere debeam, aut pati eius causā.

Colloquium ad **CHRISTVM** fiet; terminandum cum Pater noster.

In colloquiis est notandum (vt supra ex parte iam exposuimus) quod agere conuenit, & aliquid petere,

iuxta

iuxta praesentis rei rationem; videlicet, prout sentio in me consolationem, vel perturbationem: prout virtutem unam, vel alteram expeto: prout in hanc, vel illam partem de me statuere intendo: prout etiam de re, quam contemplor, tristari volo, vel laetari. Denique postulandum erit illud, quod circa rem certam aliquam maxime desidero: & unum duntaxat colloquium poterit confici ad CHRISTVM Dominum; vel triplex, si deuotio instiget; nempe ad Matrem, Filium, & Patrem, sicut traditum est in contemplatione secundae hebdomadae, de tribus classibus, cum sequente illic annotatione.



SECUN-